

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &  
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &  
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

**Omeis, Magnus Daniel**

**Norimbergae, 1699**

46. Jonathas

**urn:nbn:de:bsz:31-105410**

conjicitur; quemque non audierat  
Samuelem viventem, eundem mor-  
tuum per pythonissam e tumulo e-  
vocare studet. Victus a Philistinis,  
de eqvo lapsus vulneratur, neve ho-  
stibus de se triumphum & spectacu-  
lum præberet, ipse sibi manum in-  
fert. Inventus inter cadavera capi-  
te truncatur, & de muro suspendi-  
tur. Ossa ejus collecta, David in-  
fert in monumentum patrium. Sau-  
li filii tres occiduntur a Philistinis:  
unus dormiens, interficitur a suis  
tribulibus: duo alii, & nepotes ejus  
quinqve strangulantur a Gabaonitis.  
Ita cum familia sua omni, intra bre-  
ve tempus Rex potentissimus dele-  
tur atque interit. Regnavit annos  
quadraginta.

46. *JONATHAS.*

Jonathas Sauli filius, pietate &  
magnanimitate juvenis insignis.  
Præ-

Præsidium Philistinorum urbe Gaba ejicit, & uno armigero socio per scopulos arrepsens, ad hostes contendit, viros in acie sternit viginti, & reliquum exercitum solo conspectu territat. Exsecratione patris temeraria in vitæ periculum nescius incidit, sed auctor victoriæ, vitam retinet benevolentia vulgi. Amicus Davidi factus, patrem in se concitat, a quo etiamsi telo peteretur, amicum tamen fideli studio defendit, & in exilio verbis consolatur, & foedere sibi perpetuo obligat. In prælio contra Philistinos, cum patre & fratribus duobus oppetit: quorum capita ludibrii causa tholis affiguntur, corpora de mœnium pinnis suspenduntur: quæ noctu Jabitæ tolentes, terra fortiter & splendide condunt. Mortuum luget, & carmine suo celebrat Rex David, & ossa  
 ipsius

ipsius c  
 rumqv

47.

Davi  
 & urfis  
 & ovib  
 ad regn  
 populi  
 confirn  
 Regis f  
 armis  
 gloriæ  
 militu  
 vicia f  
 cum si  
 hostibu  
 re in le  
 omnib  
 In suo  
 baris R  
 inter  
 lensib

ipſius cum paternis eruta, avi majorumque tumulis mœrens infert.

47. *DAVID Rex.*

David adoleſcens, cum leonibus & urſis luſit, tanquam cum hœdis & ovibus. Anno ætatis vigefimo ad regnum Dei mandato arceſſitur, populi ſuffragiis trigefimo demum confirmatur. Muſicus & armiger Regis factus eſt, & Goliado gigante armis paſtoralibus victo, tantum gloriæ meretur, quantum decem militum millia. Saulus odio & invidia flagrans, ipſum, adhuc muſicum ſuum, haſta petiit: tribunum, hoſtibus objecit: generum, interficere in lecto voluit: fugientem, in omnibus agris & urbibus quaſivit. In ſuo exilio David non læſus a barbaris Regibus, ad quos diverterat: inter ſuos homines deſeritur a Ceilenſibus, proditur a Ziphæis. Tra-

g

dito